

Franz Wolf Michael Sigismund Liebentantz

Collegii Theologici Disputatorii, Disputatio Decima Nona, De Communicatione Idiomatum

Rostochii: Richelius, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740904280>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 16.Juni 1697

Wolf, Francisco /g

I. N. J. (C)

COLLEGII THEOLOGICI
DISPUTATORII,
DISPUTATIO DECIMA NONA,
DE
COMMUNICATI-
ONE IDIOMATUM, 288

Quam,
adspirante DEI T. O. M. gratiâ, consensu
Pl. Rev. Facult. Theol.

PRÆSIDE

FRANCISCO WOLFIO,

TH. D. & P. P. Collegii Senatorii Seniore,

Pastore ad D. Mariæ, & R. Min. Rostoch.

Directore,

publico Eruditorum Examine

IN ACROATERIO THEOLOGORUM

subjecturus est

M. MICHAEL SIGISMUND.
LIEBENTANTZ, Sil.

ROSTOCHII, Typis JACOBI RICHELII, Ampliff. Senat. Typogr.

Anno 1697. d. 16. Junii.

T.

1697.

Fluit porro ex unione Divinæ & humanæ naturæ in hypostasi λόγος, mediante communicatione & communione harum naturarum, nostro concipiendi modo *Communicatio* & *Communio Idiomatum* earundem.

§. 2. Idiomata vero h. l. non denotant præcise, & tantum, propria ut vocant quarti modi, nempe talia attributa extræessentialia, quæ subjecto soli, omni, necessariò & semper competunt, sed latius, omnia attributa & prædicata ad primum conceptum subjecti (v. g. naturarum) non pertinentia, & alterutri naturarum primò, vel formaliter & per se, non verò demum per aliud, competentia, nempe per Communicationem: ut adeo per ea tanquam per notas & Characteres una natura ab alterâ in personæ unitate distingvatur: Sic Divinæ naturæ Idiomata sunt Omnipotentia, æternitas, immortalitas. Pertinent etiam ad Idiomatum horum nomenclaturam actiones: V. g. ambulare, & passiones, v. g. pati, vulnerari, mori. Quæ non pertinent ad primum conceptum humanæ naturæ, ei tamen competunt primò & per se & formaliter, ita, ut per eas natura humana a Divinâ in Unitate personæ distingvi queat, imò referuntur huc *Apotelesmata* ita dicta, id est, utriusque simul naturæ effecta, ad quæ utraqve natura simul concurrat v. g. Redemptio generis humani.

§. 3. Quando jam una natura suum idioma, quod ipsi per se, & formaliter competit, in unione illa personali, & mutuâ naturarum communione, alteri ita tribuit, ut etiam ei reverà competat, & ipsum, saltim in Concreto, vel de ipso Abstracto alterius naturæ, vel saltim de concreto alterius naturæ vere prædicari possit, dicitur illa *Communicatio Idiomatum*. Unde resultare concipitur permanens *Idiomatum Communio* & sequitur prædicatio per communicationem, sic v. g. Divina natura dat humanæ naturæ suum idioma, nempe omnipotentiam, ut hæc in Concreto etiam prædicari possit de humana natura in abstracto, unde recte dico, *humana natura est Omnipotens*, & in Concreto homo est Omnipotens: Similiter Divina natura dat humanæ naturæ suum idioma v. g. æternitatem, immensitatem, ut hæc etiam prædicari vere queant in Concreto, non quidem de humana naturâ in Abstracto, tamen de homine, tanquam Concreto naturæ humanæ; unde recte dicitur: *Homo est æternus, immensus*. Vice versa, humana natura suum idioma v. g. passionem, mortem, ita dat Divinæ naturæ, ut de ea, licet non in Abstracto, tamen in Concreto naturæ Divinæ, vere prædicari possit in Concreto. Hinc licet non dicatur Divina natura est passiva, mortua: tamen verè dicitur, *DEus est passus, est mortuus*. Idem igitur idioma in hac communicatione tribuitur utrique naturæ, saltim in Concreto, sed diverso modo, al-

teri

teri nempe per se, primò, subjective, & formaliter; alteri autem per aliud, secundariò, & per communicationem demum. Illa, cui formaliter competit, dicitur illud alteri etiam, saltim in concreto communicare: illi verò, cui demum per aliud & per communicationem tribuitur, dicitur illud communicari.

§. 4. Absit verò, ut dicamus hanc communicationem esse (1) *mere verbalem*. Quam enim realiter altera natura se alteri in unione personali reali communicavit, tam verè & realiter etiam sua Idiomata alteri communicavit: (2) *esse Physicam*, esse per vires naturæ factam; Est enim - hyperphysica, naturæ vires prorsus transcendens. (3) *Esse commixtivam*. Naturæ enim inter se non permiscetur ut inde alia composita natura exurgat. (4) *Esse absorptivam & transmutativam*, cum neutra natura immutetur nec altera ab alterâ absorbeatur: Bene Leo Magnus Ep. X. *salva est cuilibet naturæ sua proprietas*. (5) *Esse exæqvativam*, neque enim Divina humanis, nec humana Idiomata Divinis exæqvantur. (6) Fieri *καταμίθεσιν*, sive talem participationem, qua in Arbore prædicamentali propria generum speciebus, specierum, individuis communicantur, cum altera naturarum sub alterâ ut individuum sub specie, vel species sub genere non contineatur, sed sint naturæ diversorum generum, (7) fieri, ut ita loquar, *per expropriationem*, quasi Idioma unius naturæ, dum alteri communicatur, desinat esse eo ipso proprium suæ naturæ, & incipiat fieri proprium alterius naturæ, vel etiam prorsus esse desinat proprium, eò quod duabus naturis tribuatur, & sic fiat prædicatum, non proprium, sed commune. Etenim proprium quod communicatur, eo ipso dum communicatur, proprium manet suæ naturæ, alterius vero cui communicatur, non fit proprium, sed tantum ei revera tribuitur saltim in Concreto naturæ. Solet hæc Idiomatum Communicatio salva tamen ubiqve disparitate, quodammodo illustrari similibus è lumine naturæ petitis. Sic v. g. anima suam vitam, sensum, motumqve communicat corpori. Ignis sua Idiomata v. g. vim urendi, lucendiqve communicat ferro ignito, quâ factâ Communicatione, vis illa urendi & lucendi nihilominus manet proprium ignis, nec fit proprium ferri, licet ferro realiter communicetur. Vocari aliàs solet hæc communicatio *συνδυαστική*, quia fluere concipitur ex unione & communicatione naturarum factâ per *συνδύασιν*, i. e. combinationem duorum, quorum alterum sua propria quidem alteri communicat, ita tamen, ut eadem sibi servet facta testâ. Hinc per communicationem hanc proprium v. g. Divinæ naturæ, non deserit suam Divinam naturam, nec transfit in humanam, ut in suum subiectum, & *πρῶτον δεκτικόν*, sed manet in Divina natura,

eique competit per se, primo, & formaliter. Unde & dici solet ejus primum subjectum. Humanæ vero naturæ, cum idem communicatur, dicitur ei competere, per communicationem, κατ' ἄλλο, & mediante Divina natura, quæ natura ideo vocari solet ejus subjectum secundarium, & mediatum.

§. 5. Est autem Communicatio Idiomatum h. l. communicatio, quæ altera natura sua Idiomata alteri naturæ saltim in Concreto, revera tribuit ad communem (diverso tamen habendi modo) possessionem vel etiam usurpationem, & denominationem. Dico diverso modo: quia suæ naturæ tribuuntur immediate, πρώτως, per se, & formaliter: alteri vero mediate, δεύτερώτως, per aliud, & per communicationem.

§. 6. Quot sint Genera Communicationis Idiomatum, non omnes idem sentiunt, quæstio tamen hæc, judice Dn. D. Qvenstedt. h. l. p. 93., non tam ad fidem, quam methodum docendi pertinet. Scholastici & Reformati ap. Kromaierum Th. Pol. Pol. p. m. 231. unum tantum admittunt genus. Quidam duo constituunt, v. g. Menzerus ap. Qvenstedt. h. l. p. 93. alii quatuor prorsus numerant genera vid. Gerhard. Exeg. cap. 4. §. 184. Hafsenrefferum in LL. p. 276. Nos cum F. C. tria numeramus communicationis Idiomatum Genera. Ternarius vero ille generum Communicationis Idiomatum, ita videtur colligi posse: aut enim (A) prædicatur, *Idioma unius naturæ aut* (B) etiam prædicatur aliquid *utriq; naturæ commune* v. g. opus, vel operatio officij, ad quod utraq; natura simul concurrat, aut nomen officij. Quando fit *posterius*, habetur *tertium* genus communicationis & prædicationis Idiomatum. Cum verò Idioma unius naturæ ponitur loco prædicati, tunc aut prædicatur illud (α) *de concreto subjecto* vel etiam (β) *de abstracto naturæ* v. g. humanæ, Idioma verè Divinum. Cum *posterius* fit, habetur *genus secundum*. Cum *primum*, habetur *genus primum*. Quamvis autem in genere tertio opus officij non sit Idioma unius naturæ, tamen, quia conflatur ex duobus, quorum alterum est Idioma Divinæ, alterum verò est Idioma humanæ naturæ, fit, ut ideo ejusmodi prædicationes ad genera communicationis Idiomatum referantur.

§. 7. Interim nec de ordine horum trium generum omnes idem sentiunt, Chemnitius, Hunnius & For. Conc. ad *primum genus* referunt, quando Idioma unius naturæ per sonæ communicatur, & de ea affirmatur: ad *secundum*, quando Idioma utriusque naturæ, sive actio officij, quam apotelesma voceant, personæ communicatur & de eâ affirmatur: ad *tertium* denique cum Idioma Divinæ naturæ communicatur humanæ naturæ, & de ea affirmatur, Voluerunt quippe duo genera facilliora, & minus controversa, tertio, tanquam difficiliore, & controversiis gravioribus expolito, præmittere. In duobus prioribus

ribus dicitur Communicationem fieri a natura ad personam : in ultimò a natura ad naturam. Alii hodie tertium Loco secundi, & secundum loco tertii collocant vid. D. König h. l. Quorum si & in præfenti legamus vestigia, sequens ordo tria exhibebit Communicationis Idiomatum genera.

§. 8. Primum scilicet genus communicationis Idiomatum *strictè* loquendo est, quando altera natura sua Idiomata alteri naturæ ita communicat, ut in concreto de ea prædicentur. Hinc in eo de DEO tanquam Concreto Divinæ naturæ prædicantur Idiomata humanæ naturæ v. g. DEus est passus, mortuus, conf. Act. III, 14. 1 Cor. II, 8. Et vice versa de homine, tanquam Concreto humanæ naturæ, affirmantur Idiomata Divina denominativè i. e. nomine adjectivo v. g. Filius hominis erat in Cælo ex Joh VI. 62. i. e. erat existens in cælo.

§. 9. Subjectum in hoc genere prædicationum semper est *concretum*, Prædicatum est Idioma unius naturæ, nunc Divinæ, nunc humanæ. Concreta superiori Disp. diximus esse duplicia, nempe Concreta (α) *Naturæ*, quæ etiam dici solent *abstracta persone compositæ*, item, Concreta *Personæ simplicis* v. g. DEus, homo, Filius DEI, Filius hominis. (β) *Personæ*, nempe compositæ v. g. Christus. *Illæ* significant in recto quoddam habens, in obliquo formaliter *unam naturam* cum subsistentiâ v. g. DEus, est quoddam habens Divinam naturam & subsistentiam. Hæc autem significant in recto quoddam habens, in obliquo verò formaliter *utramque naturam*, Divinam & humanam. Prædicationes igitur, in quibus abstractum naturæ subjecti Locum occupat, proprie huc non pertinent.

§. 10. *Concretum personæ compositæ*, si subjecti Loco stat, in prædicato habet aut (1) *Idioma Divinæ naturæ* v. g. Christus est splendor gloriæ Patris, aut (2) *Idioma humanæ naturæ* v. g. Christus natus est ex patribus. Quando vero *Concretum naturæ* stat Loco subjecti, in Prædicato habet aut (α) *Idioma illius naturæ* quæ in subjecto formaliter exprimitur v. g. (3) DEus est Immensus, æternus, Omnipotens & (4) Homo est passus, crucifixus, mortuus. (β) *Idioma alterius naturæ* quam quæ in subjecto formaliter exprimitur. v. g. (5) DEus est Passus, crucifixus, mortuus. Et (6) Homo est Omnipotens, Omniscius.

§. 11. Differunt verò hæc prædicationes inter se; prædicationes sub num. 1. & 2. conveniunt cum prædicationibus sub num. 3. & 4., dum prædicatum *formaliter* & *per se* subjectis convenit, non verò demum *secundum aliud*, sed ratione ejus, quod in subjecto formaliter significatur. Posses eas dicere id propter *prædicationes formales*. Differunt tamen inter se, quod in iis quæ sub Num. 1. & 2., prædicatum in sit subjecto secundum aliquam partem ejus formali significato comprehensam: cum enim subjectum formaliter significet utramque naturam, prædicatum semper ei secundum alteram harum

naturarum formaliter inest: In illis verò, quæ sub num. 3. & 4., prædicatum inest sub-
 jecto, secundum id, quod formaliter per subjectum significatur. Prædicationes autem
 sub num. 5. & 6. non sunt formales, quia prædicatum in illis subiecto non competit
 secundum id, quod formaliter per subjectum significatur, sed secundum alteram natu-
 ram formaliter in subiecto non expressam, licet materialiter in eo contentam: & sic pro-
 pter Communicationem à naturâ, formaliter in subiecto non expressâ, alteri naturæ fa-
 ctam. Unde & hæ dicuntur *rigorossimè prædicationes per communicationem*. Ger-
 hardus ad primum genus Communicationis Idiomaticum, refert omnes omninò illas
 prædicationes, & inde sex constituit species prædicationum primi generis communica-
 tionis Idiomaticum. Dn. D. König & Qvenstedt h. l. tres tantum faciunt species primi
 generis, & à prædicationibus per communicationem excludunt eas quæ §. 10. sub num.
 3. & 4. habentur, quia in his prædicatum competit subiecto secundum id, quod forma-
 liter per subiectum significatur, & non demum καὶ ἄλλο. Ad primam speciem refer-
 runt, prædicationes, sub num. 1. & 2. eamque vocant ἀνπίδοσιν, specialius acceptam;
 ad secundam referunt prædicationes sub num. 6., & vocant κενωτικὴν τῶν θεῶν.
 Ad tertium denique referunt prædicationes sub numero 5., & vocant ἰδοπίησιν.
 Alii denique solas prædicationes sub num. 5. & 6. ad primum genus communicationis
 Idiomaticum rigorosè referunt, cum solæ sint prædicationes per communicationem, nec
 formales, quamvis non renuant, si reliquas præcedentes huc reduci quoque posse ad-
 ferueris, & quidem prædicationes sub num. 1. & 2., quia talis prædicandi modus ex
 unione demum personali & naturarum communionem fuit, ideo enim Idiomatica alteru-
 trius naturæ de concreto personæ compositæ affirmantur, quia subiectum non est con-
 cretum unius naturæ, sed ex unione personali Concretum personæ compositæ, prædi-
 catio etiam non secundum utramque naturam, sed alteram tantum, in subiecto expres-
 sam, est formalis, ad quam insinuandam utimur hic particulis *discretiōis*. vid. Rom.
 IX. 5, declarantibus & specificantibus secundum quam naturam prædicatum subiecto
 formaliter conveniat. Prædicationes verò sub num. 3. & 4. huc demum reducuntur,
 quia in iis loco subiecti stat concretum naturæ, quod licet formaliter non nisi unam natu-
 ram exprimat, à parte rei tamen & materialiter, non tantum unam illam naturam,
 quam formaliter significat, habet, sed revera etiam alteram.

§. 12. Si omnes sex prædicationum Classes ad primum genus referantur, erit il-
 lud, in quo *idioma unius naturæ tribuitur Concreto*. Si excludantur, prædicationes
 sub Num. 3. & 4, erit, in quo *Idioma alterius naturæ tribuitur concreto naturæ*, vel et-
 tiam *Idioma alterutrius naturæ tribuitur concreto personæ compositæ*. Si denique etiam
 prædicationes sub num. 1. & 2. cum Hassenrefferò ex For. Con. præmittantur primo ge-
 neri, cum juxta Hutterum in iis proprie loquendo non videatur esse Communicatio Idi-
 omatum, L.L. de Christo p. 155. & Scherzeri syst. p. 196. erit, *quando Idioma alterius na-
 turæ tribuitur concreto alterius naturæ* v. g. Divinum homini, & humanum DEO;
 ubi tamen non admittenda ἀλλοίωσις Zwingliana, quâ per concretum naturæ in-
 telligatur tantum altera natura, cui formaliter prædicatum in sit v. g. quasi in hac *DE-
 us est passus*, intelligatur per DEum humana natura *Filii DEI*. Non enim sola humana
 natura est passa, sed etiam revera persona illa, quæ est DEus. Cum verò Orthodoxi ἀλ-
 λοίωσις

ἀλ-
 λοίωσις

ἰσῶπεις voce hic utuntur, ita sunt intelligendi, ut concedant v. g. DEum & personam illam, quæ DEus est, revera esse passum, interim tamen esse passum, non secundum Divinam suam naturam, sed καὶ ἄλλο, nempe suam humanam naturam.

§. 13. Secundum genus Communicationis Idiomatum est, cum Idiomata Divina, nature humanae, etiam in abstracto posita tribuuntur. Idiomata Divina aliàs nomine majestatis Divinae in signiri solent, unde hoc secundum genus vocatur Majestatis Communicationis, & includit, (1) Perfectiones verè Divinas, sive attributa Divina Col. II. 9. ubi plenitudo Deitatis dicitur habitare in Christo, non ut DEO, sic enim non inhabitat, quia à DEO non differt, sed ut homine, adeoque in humanâ ejus naturâ, nempe secundum humanam naturam quia in tempore Matth. XXVIII. 18. conf. Joh. V. 27. (2) Autoritatem, potestatem, quam in creata habet, ob has perfectiones Divinas, & Creaturarum ab ipso dependentiam Matth. XI. 27. Joh. III. 35. nempe secundum humanam naturam, quia in tempore. conf. Matth. XXVIII. 18. Joh. V. 27. (3) Honorem & gloriam ex perfectionibus illis & autoritate illa & potestate resultantem vid. Joh. V. 23. Phil. II. 9. Ps. XCVII. 7. conf. Hebr. I. 6.

§. 14. Communicata autem sunt Idiomata Divina non tantum homini in concreto, juxta primum genus, sed etiam humanæ naturæ in abstracto, non quidem ab Hypostasi λόγῃ separata, aut extra unionis gratiam spectata, sed in unione personali, adeoque unitæ quidem revera cum Divina natura, non tamen per nomen concretum, quo formaliter hypostasis connotetur, & exprimitur, sed per nomen abstractum significatæ. Eo ipso enim, quo Divina natura penetrat & intime perficit humanam naturam, reddit eam suarum proprietatum, & perfectionum, sive idiomatum, participem; non quidem abdicativè, vel transfundendo eas perfectiones ex se, in humanam naturam, ut sicut in Divinâ erant, etiam in humana incipiant esse formaliter & subjective, quasi eas humana natura vel eodem modo habeat, quo Divina, & sic ei fiat exæquata, ut utriusque naturæ eadem aut æquales sint proprietates, & operationes vid. F. C. p. 777. sed potius ita, ut usu eas habeat communes, & per illas operetur, adeoque alio modo, quam divina. Hæc enim perfectiones eas habet ex se formaliter & subjective, humana non item, sed per unionis & communicationis gratiam: & quia perfectiones Divinæ ex parte DEI & inter se, & cum essentiâ prorsus sunt identificatæ, sequitur non tantum aliquas, sed quatenus ex parte DEI spectantur, omnes perfectiones Divinas humanæ Christi naturæ revera esse communicatas, cum sint revera unum quid, vid. Col. II. 9. conf. For. Con. p. 783. & 387. num. 49. Autoritas & potestas super omnia etiam tribuitur Christo secundum humanam naturam Matth. XXVIII. 18. Divinus verò cultus & honor debetur DEO per se, & ex propriâ dignitate Matth. IV. 10. Christo verò secundum humanam naturam per unionis gratiam.

§. 15. Prædicari verò possunt Idiomata Divina non in Abstracto, sed in concreto, de Christo secundum humanam naturam, & de humana natura. Non dicitur Christus, vel humana natura, est omnipotentia, sed Omnipotens, adeoque denominative. Et quidem cum perfectiones Divinæ in duplici sint differentia aliæ Operativa, quæ in formali suo conceptu Operationem aliquam respiciunt, non vero aliquid veritati humanæ naturæ prorsus repugnans involvunt v. g. Omnipotentia, Omniscientia, Omnipræsentia modificata: aliæ verò non Operativa, quæ ex se & formaliter non respiciunt operationem aliquam, & involvunt aliquid humanæ naturæ repugnans v. g. æternitas, immen-

immensitas, simplicitas. Illæ quidem immediate & in recto de humana natura dici possunt, sic Joh. VI. 51. dicitur Caro Christi est Panis vivus, est Cibum, quod idem est, ac si dixeris Caro Christi est vivifica. De sobrio usu harum locutionum abstractivarum conf. Theol. Schmalkal. congregati ap. Hutter. Con. Concor. cap. 21. p. 680. Hæc verò prædicari quidem possunt, sed non immediate, verum *mediante prioris generis perfectione in casu obliquo*: hinc non dicitur Christus secundum humanam naturam est omnipotens, & æternus; rectè tamen dicitur Christus secundum humanam naturam est Omnipotens omnipotentia æternâ, & immensâ conf. Scherz. syst. p. 200.

§. 16. Licet verò Divina Idiomatica de Humana natura dicto modo prædicari possint, & communicata sint humanæ naturæ, non tamen viceversa idiomatica humana etiam divinæ naturæ sunt communicata. Ut enim in unione personali & communione naturarum ea intercedit diversitas, quod quidem Divina natura humanam intime penetret, & perficiat, & humana perficiatur: non tamen viceversa humana natura Divinam intime penetrat & perficit: Ita eadem diversitas observatur ex parte Idiomaticum, & eorum communicatione ratione naturarum, Divina quidem penetrando & perficiendo, humanam naturam, eam reddit suarum perfectionum participem, ad communem usum & operationem: Humana verò Divinam non viceversa penetrat, nec perficit suis Idiomaticis, cum Divina natura sit actus purissimus, omnis potentia passiva, & ulterioris perfectionis, vel etiam imperfectionis expertus & incapax, & hinc in secundo genere nulla datur reciprocatio.

§. 17. Tertium genus Communicationis Idiomaticum consistit in communione operationum ad Christi Officium pertinentium, ad quas utraqve natura confert quod suum est, & altera agit cum communicatione alterius. Referuntur hæc opera Officii ad Idiomatica, quatenus in se includunt aliquid Divinæ naturæ proprium, & rursus aliquid, quod humanæ naturæ proprium est. Dicuntur hæc opera *ἀποτελέσματα* ex utriusque nempe naturæ actionibus ad unum finem coordinatis profecta, unde etiam vocari solent actiones *θεανδραγωγί* DEI-viriles, quarum principium quod, est unum suppositum, nempe JESUS CHRISTUS, principia verò quibus sunt Duæ naturæ, Divina & humana, quæ in opere quidem illo *distinctè*, sed non *divisè* agunt. Talia Apotelesmata sunt satisfactio, redemptio, in quibus primo humana natura patitur, moritur, secundo Divina, addit infinitum Valorem per se, interim tamen altera agit eum communicatione alterius, unde non sola humana natura, sed etiam DEUS patitur, & non sola Divina natura, sed etiam homo ille JESUS CHRISTUS, Divinum Valorem addit. Hinc Leo Magnus Ep. X. *agit utraqve forma* (id est natura in Christo) *cum communicatione alterius quod sibi proprium est, verbo operante quod verbi est, & carne exequente, quod carnis est.*

§. 18. Subjectum in Prædicationibus tertii Generis semper est Concretum sive *Persona* 1 Cor. XV. 3. Gal. I. 4. Eph. V. 2. sive *Natura* 1 Joh. III. 8. Genes. III. 16. Luc. IX. 56. non verò *abstractum*, cum actiones officii sint suppositi, secundum utramque naturam operantis, neutra agente seorsim, & solâ, sed utraqve cum communicatione alterius. Et per subjectum etiam differt à genere secundo: prædicatum verò constituant (1) operationes ad Officium Christi pertinentes, ut patet ex Locis jam citatis, (2) Ipsa officii nomina in Concreto prolata v. g. Christus est Redemptor, Mediator, Salvator. Atq; hæc sufficiant dicta de Persona JESU CHRISTI,
SOLI DEO VERO GLORIA.




ἰσῶσως, voce hic utuntur, ita sunt intelligendi, ut concedant nam illam, quæ DEUS est, revera esse passum, interim tamen esse partem Divinam suam naturam, sed καὶ ἄλλο, nempe suam humanam naturam.

§. 13. Secundum genus Communicationis Idiomatum est, *et natura humana, etiam in abstracto posita, tribuuntur.* Idiomata *majestatis Divina* in significatione solent, unde hoc secundum genus communicationis, & includit, (1) Perfectiones verè Divinas, sive attributa, ubi plenitudo Deitatis dicitur habitare in Christo, non ut DEO, sed ut homine, quia à DEO non differt, sed ut homine, adeoque in humanam naturam quia in tempore Matth. XXVIII. 18. Autoritatem, potestatem, quam in creata habet, ob has perfectionum ab ipso dependentiam Matth. XI. 27. Joh. III. 35. nempe naturam, quia in tempore. conf. Matth. XXVIII. 18. Joh. V. 27. riam ex perfectionibus illis & autoritate illa & potestate, resultantem II. 9. Pf. XCVII. 7. conf. Hebr. I. 6.

§. 14. Communicata autem sunt Idiomata Divina non tantum in abstracto, juxta primum genus, sed etiam humanæ naturæ in abstracto Hypostasi λόγῳ separata, aut extra unionis gratiam spectata, sed adeoque unitæ quidem reverà cum Divina natura, non tamen per se, quò formaliter hypostasis connotetur, & exprimitur, sed per se significata. Eo ipso enim, quò Divina natura penetrat & intime permeat, reddit eam suarum proprietatum, & perfectionum, sive idiomatum, non quidem abdicativè, vel transfundendo eas perfectiones ex se, ut sicut in Divinâ erant, etiam in humana incipiant esse formaliter, quæsi eas humana natura vel eodem modo habeat, quò Divina, ut utriusque naturæ eadem aut æquales sint proprietates, & operationes, sed potius ita, ut usu eas habeat communes, & per illas operetur, quam divina. Hæc enim perfectiones eas habet ex se formaliter & non item, sed per unionis & communicationis gratiam: & quia per se, parte DEI & inter se, & cum essentiâ prorsus sunt identificata, sequitur, quæsi quatenus ex parte DEI spectantur, omnes perfectiones Divinæ revera esse communicatas, cum sint revera unum quid, videlicet Con. p. 783. & 387. num. 49. Autoritas & potestas super omnia, quæ sunt in mundo, secundum humanam naturam Matth. XXVIII. 18. Divinus debetur DEO per se, & ex propria dignitate Matth. IV. 10. Christus secundum humanam naturam per unionis gratiam.

§. 15. Prædicari verò possunt Idiomata Divina non in abstracto, de Christo secundum humanam naturam, & de humana natura, vel humana natura, est omnipotentia, sed Omnipotens, aut Omnia potens. Et quidem cum perfectiones Divinæ in duplici sint differentia ab humana, nempe in formalis suo conceptu Operationem aliquam respiciunt, non verè humanæ naturæ prorsus repugnans involvunt v. g. Omnipotentia, præsentia modificata: alia verò non Operativa, quæ ex se & formaliter Operationem aliquam, & involvunt aliquid humanæ naturæ repugnans.



the scale towards document